

quaestionari: | (nomina quinque)  
 BB sexm.<sup>7</sup>: | (nomina quinque)  
 harusp.: (nomen unum)

(In latere) cura agente | C. Memmio Vic|tore 7 leg. III Aug.

*Lambaesi (VIII 2586 vidit Wilmanns).* — 1) *Rusicade Numidiae (cf. C. VIII p. 684). Nota paene omnium militum patriam esse Africam.* — 2) *Castris.* — 3) *leg. vocabulum videtur trahendum ad versum superiorem, ut alter commentariensis fuerit legati, alter tribuni (Mommsen ap. Henzen syll. 6792<sup>a</sup>).* — 4) *Causa, cur quattuor tantum speculatores hic habeamus, non decem (cf. N. 2575. 2582), Domaszewskio (mus. Rhen. 45 p. 210 not. 2) videtur esse, quod reliqui missi erant in officium proconsulis.* — 5) *Intellege: quaestor, ut sit is qui arcae ad imagines faciendas institutae praefuerit (Wilmanns).* — 6) *Idem beneficiarius consularis redit infra N. 2419.* — 7) *Beneficiarii (tribuni) semenstris.*

**2382** imp. Caes. | M. Aur. Antonino | Pio Felici August. | Part. max., Britt. max., | pontif. max., trib. pot. | XVI<sup>1</sup>, imp. II, cos. III, desig. | III<sup>1</sup>, p. p., procos., corniculari commentariens. | speculatores | legionum III | Antoninianar. | P. s.<sup>2</sup> devotissimi | numini eius. | Cornic.: (nomina tria); comm.: (nomina tria); specul.: (nomina triginta).<sup>3</sup>

*Carnunti (Petronell) rep., est Vindobonae (III 4452 descr. Mommsen).* — 1) *Consul quartum fuit a. 243, ut titulus positus sit a. 242; pro trib. pot. XVI expectaveris trib. pot. XV.* — 2) *Legiones tres Pannoniae superioris sunt decima Gemina (Vindobonae), quarta decima Gemina (Carnunti), prima Adultrix (Brietione).* — 3) *In singulis legionibus fuisse cornicularios singulos, commentarienses singulos, speculatores denos ex hoc titulo videtur colligi posse.*

**2383** d. m. | Iulio Fl|avino co|m. I. VII G. f., | quaestion|ario<sup>1</sup>, am|ico carissi|mo, Here|nius Rog|atus.

*Tarracone (II 4456 saec. XVI aliquoties descripta).* — 1) *Commentariensi legionis septimae Geminae felicis, quaestionario.*

**2384** d. m. | L. Gargilio Rufo | com. ab actis | civilib., homini | optimo et hones|tissimo.

*Tarracone ut videtur rep., nunc in Anglia (II 4479 vidit Huebner).*

**2385** d. m. | C. Octavius Cae|cilianus mil. exac|tus leg. III Aug., vixit an|nis XXVII, hic situs est.

*Lambaesi (VIII 2956 vidit Wilmanns).*

**2386** d. m. | T. Fl. Primano patri, et | Traian. Clementinae | matri, et | T. Fl. Clementi fratri | mil. leg. III Italic. | exacto cos.<sup>1</sup>, | qui vixit annis XXVIII, | T. Fl. Martialis sibi | et parentibus suis | vivos fecit.

*Oberhausen prope Augsburg rep. (III 5812 vidit Mommsen).* — 1) *Exacto consularis.*

**2387** d. m. | C. Florio | C. fil. Hono|rato mil. | leg. III Aug., | exacto | at praet.<sup>1</sup>, | vix. ann. | XXII, | Florius | Mauricus | filio | dulcis|simo fecit.